

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Commentaria Vetustissima & profundissima Super  
Canticvm Canticorvm Salomonis Qvod Hebraice Dicitvr  
Sirhasirim**

**Wolbero <de Sancto Pantaleone>**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Versvs I. In lectulo meo per noctes quaesiui quem diligit anima mea,  
quaesiui illum & non inueni.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10027**

## CAP VT TERTIVM.

1. In lectulo meo per noctes quæsiui quæ  
diligit anima mea; quæsiui illum &  
non inueni.
2. Surgam & circuibo ciuitatem, per  
vicos & plateas queram quem dile-  
xit anima mea: quæsiui illum & no-  
n inueni.
3. Inuenierunt me vigiles qui custodiunt  
ciuitatem: num quem dilexit ani-  
ma mea vidistis?
4. Paululum cum pertransisset eos, in-  
ueni quem diligit anima mea: tenui  
eum: nec dimittam, donec introdu-  
cam illum in domum matris meæ,  
& in cubiculum genitricis meæ.
5. Adiuro vos filiae Ierusalem per capreas  
ceruosq; camporum, ne suscitetis ne-  
que euigilare faciat is dilectam donec  
ipsa velit.
6. Quæ est ista quæ ascendit per desertū  
sicut virgula fumi ex aromatibus  
myrræ & thuris, & vniuersi pulue-  
ris pigmentarijs?
7. En lectulum Salomonis sexaginta  
fortes ambiunt ex fortissimis Israel.
8. Omnes tenentes gladios, & ad bella  
doctissimi; vniuscuiusq; ensis super  
fæmur suum propter timores no-  
cturnos.
9. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de  
lignis libani-
10. Columnas eius fecit argenteas, re-  
clinatorium aureum, ascensum  
purpureum: media, charitate con-  
strauit, propter filias Ierusalem.
11. Egregimini & videte filiae Syon Re-

gem Salomonem in diademate, quo  
coronauit illum mater sua in die  
desponsationis illius, & in die lati-  
tie cordis eius.

## VERSUS I. TERTII

## CAPITIS.

In lectulo meo per noctes quæsiui  
quem diligit anima mea, quæsiui illum  
& non inueni.

**L**ectuli nomine requies & tran- Lectuli no-  
quillitas mentis designari po- mine requi-  
test, quia dum à sæculari strepitu, es mentis  
per cogitationem quiescimus, sub- designatur.  
tilius appetendi boni qualitatem &  
modum inuestigare possumus, cu-  
iis boni finem intelligere, Deum Quid sit in-  
est inuenire: finem autem dicimus,  
non quo desinat esse, sed quo per-  
fectè incipiat esse. In lectulo ergo suo  
dilecta dilectum querit, quando in re-  
quie mentis sue, bonitatis, & disciplinæ,  
& scientiæ rectam regulam  
intelligere cupit.

Sed per noctes querit, quia in subtî- Quid sit di-  
lium rerum consideratione mentis lectum per  
oculus caligat, ne statim perse quod noctes que-  
rere, & nom  
querit videre præualeat. Vnde dile- inuenire.  
ctum quem querit minimè inuenit, quia  
ipsa difficultas intelligendi quandâ  
efficit moram inueniendi.

## VERSUS II.

Surgam, & circuibo ciuitatem:  
per vicos & plateas queram quem diligit  
anima mea: quæsiui illum & non inueni.

P 3

Quid